1187 *Little Chesters*, columna miliaria, *standing at about a mile's distance or less from the station, close by the side of the military way* HORSL. *Before we come to Little Chester is a most noble column or milestone, set upon the road: it is of a large bulk and height, with an inscription, but only not quite defaced* STUK. Ibidem extat (HODGS. BRUCE), sed litteris prorsus evanidis.

ÞR
BON
REI
PVBLIC
NATO

Horsley p. 228 *Northumb.* 59 et praef. p. XIV (inde Warburton vallum p. 70, 59; Goughs Camden 3 p. 504 tab. 30 fig. 7); Stukeley it. bor. p. 60; Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce *wall* p. 233, lapid. n. 261.

Pertinet ad imperatorem aliquem saeculi tertii exeuntis quartive ineuntis. Quod Horsleius adnotat v. 1 litteras evanidas *dri . .* ad titulum miliarium vetustiorem sive Hadriani sive Pii pertinuisse non caret probabilitate. Ibi prope miliaria duo fuisse adnotat Horsleius. Stukeleius refert Rogerium Gale titulum ibi prope vidisse, in quo sibi visus esset legere TVNG; cui cave confidas; videtur autem indicari columna miliaria alia.

Cf. n. 1189.

1188 *Near Thirwell castle* WARB. Inde cessit in Horsleii possessionem posteaque pervenit Dunelmum in bibliothecam capitularem, ubi servatur. Est basis quadrata alta dig. 10½, lata 10; tamen pro miliario eam habendam esse probabile est. *The stone is broken thro' the middle, as if it had been designedly done* (scilicet per Warburtonem) *for the convenience of the carriage on horseback* HORSL. Litterae bonae sunt.

IMP · CAES
FLAV · VAL
CONSTANTINO
PIO · NOB
CAESAR

p. C. 317/336

Contuli. Warburton *map of Northumberland;* Horsley p. 231 *Northumb.* 71 (inde Warburton vallum p. 78, 71; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 13; Hodgson 2, 3 p. 141; Newton p. 110, 27*g*); Bruce *wall* p. 246, lapid. n. 319.

Quod Constantinus *imperator Caesar* dicitur itemque *nobilissimus Caesar*, Horsleius inde titulum continuo post Constantii patris mortem a. 306 positum esse conclusit; fortasse recte. Cf. miliarium Cantabrigiense supra n. 1154.

1189 *Found at Lanercost*, servabatur in *Appleby* cum reliquis Bainbriggianis; sed periit ibi (*'stolen'* HAYT.).

IↃ R
Ↄ REN
·P·NATC

Hayton 10. Aliunde non novi.

Cf. supra n. 1187.

1190 *Old Wall, on the upper part of a pillar*; nuper Luguvallii denuo repperit BRUCE; lapis longus est ped. 4 dig. 4, altus ped. 1 dig. 4. Sine dubio fuit miliarium.

IMP · DIOCLETIA
NVS · P · F · AVG ·
SEMPER SENI

Lysons *Cumberl.* p. 157, 88 (inde Hodgson 2, 3 p. 299; Newton p. 110, 27); Bruce lapid. 449 qui lectionem certam esse affirmat.

In *seni* nihil videtur latere posse praeter senioris Augusti, patris imperatorum et Caesarum, indicationem, qualis est in titulo urbano thermarum Diocletianarum (Orell. 1056 cf. Mommsen *Ber. der sächs. Ges. der Wiss.* a. 1850 p. 308), ut Lysons observavit; sed expectaveris *semper Aug(ustus) seni(or)*, non *Aug(ustus) semper seni(or)*. Titulus infra mutilus fortasse etiam Maximiani nomina continuavit.

1191 *At Bulness Mr. Lowther parson ther, a man of good learning, diggin to make a gardin found two faire hewn stones, wrought with laurell leaves, thone laid upon the other, in such sort, that the one inscription towched thother as tho they had embraced eche other, the underside of the uppermore stone had this inscription viz.*

MARC · AVRELLIVS
IMPERA · TRIVMPH ·
PERSA : ⊖

Upon the upperside of the lower stone was this faire inscription folowing, viz.

MARC · AVREL ⋗
PHILO : ⊖

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 300 qui exemplum novicium proposuit in *Appleby* (Hayton 5) hoc (*found at* Blatum Bulgium, *Boulness; the* A *in the two first lines wants the transverse stroke, a mark of the age from Severus to Gordian* HAYT.):

IMP · M · AVREL
TRIVMPHAV
PERSAR
MARC · AVREL ·
PHILO ·
BLATI BVLGII

Hoc vidit Horsley p. 267 et novicium esse perspexit (inde Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 489; Nicholson et Burn 2 p. 214; Hodgson 2, 3 p. 227; Goughs Camden 3 p. 440).

Videtur fuisse columna miliaria ex duobus lapidibus composita ita ut titulo antiquiori Caracallae superimpositus fuerit recentior fortasse Elagabali. Bainbrigg descripsit male et potest etiam interpolasse, sed non finxit.